

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Thesavrvs Casvvm Conscientiæ**

Continens Praxim exactissimam De Censvris Ecclesiasticis, Aliisqve  
Poenis, & Canonicis impedimentis, in Septem Libros distributus ...

**Sayer, Gregory**

**Venetiis, 1627**

Pr[a]eludium totius Libri.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13883**

Ad cap. 17. nu. 7. eod. lib. 2. Adde Cur. n. hoc non licet in censuris, si hoc idem conceditur in Sacramentis, que licet non possunt conferti sub conditione vera, & suspensa, puta, si hoc feceris, vel non feceris, absoluo te, sed sic sub conditione de praeterito, & impropria, nec suspensa, puta, si non es baptizatus, baptizo te; si non es absolvitus, absoluo te; si quæ confiteris peccata sunt, ab-

solute; qui sunt modi visitati, & liciti, quando quis habet dubium facti, vel iuris circa materiam, personam, similiam; vt notat post alias Bartol. Med. lib. 2. c. 12. post princ. pag. 251. & Suar. tom. 4. disp. 26. lect. 6. Cur & hoc non licet in abolitione censurarum, vbi enim eadem, & maior ratio viget, idem etiam ius stare non prohibetur, iuribus vulgaribus.

Finis Secundi Libri.

# D E EXCOMMUNICATIONIBVS IN IURE LATIS, ALIISQVE CONSTITUTIONIBVS PONTIFICIIS.

## Liber Tertius.

*P R A E L V D I V M.*

Authores Bullam Cœnæ, eiusque, & alias iuris sententias, & Censuras, aut obiter, aut ex professo explicantes.



*E*xcommunicationibus tam in Bulla Cœnæ, quam in iure contentis tractant Paludanus 4. dist. 18. q. 3. per totum. Hostiensis in Summa lib. 5. sub titulo de sententia excommunic. Innocentius Papa IV. Panormitanus, Marianus Socinus, & alij communiter in explicatione eiusque tituli. Ioannes de Friburgo in Summa confessorum, lib. 3. tit. 33. a quest. 34. & deinceps. Summa Angelus par. 2. lib. 7. titul. 3. Summa Pisanella in verbo excommunicatio. 1. Summa Angelica. verb. eod. 5. 6. & 7. S. Anton. par. 3. titul. 25. Sylvestris in summa verbo excommunicatio. 6. 7. 8. & 9. Taberna verb. eodem 5. 6. & 7. Cajetanus in summa verb. excommunicatio per totum. Martinus Ladesmus in 2. 4. quest. 26. artic. 2. Martin. Nauar. in Manuali, capit. 27. a num. 49. & deinceps. Gregorius Tholosanus in Syntagma iuris. par. 3. tit. 31. c. 9. Alphonsus Viualdus in suo Candelabro aureo, par. 2. Jacobus de Graffis par. 1. decis. lib. 4. Summa Corona par. 3. c. 10. Coimbrus Philiarcbus de officio Sacerd. par. 1. lib. 4. cap. 30. 31. & 32. Seb. Medices in sua summa Capitalium peccatorum. q. 7. 8. Card. Tolet. in summa instr. Sacer. in fine, & alij recentiores.

S V M M A R I V M.

- 1 Excommunicationum numerus in iure quinam sit.
- 2 Excommunicationum, quadam referuate sunt, & quedam non.
- 3 Divisio huius libri tertij, & partes eius.



- 1 *Vm* plurimas sint, ac ferè innumerabiles excommunicationes in jure latæ, vt colligitur ex Hostiens. lib. 5. tit. de sent. excom. num. 3. 8. Quia possit, qui enumerat triginta tres casus ex Decreto, & Decretalibus usque ad tempora sua, & ex Glos. in cap. Eos, qui in verbo Canonis, de sent. excom. lib. 6. vbi refert triginta duas latas per solos textus sexti, & Glos. in Clem. 1. in verbo excommunicationis sententia, de sentent. excom, vbi recenset Quintaginta latas ipso facto per solas Clementinas, & postea mirum in modum earum numerus auctus sit, ita vt vix certus aliquis numerus exprimi possit, quarum aliquæ summo Pontifici referuantur, aliisque vero solis episcopis, quedam verò nulli referuate sunt, nos ad omnem confusionem tellendam in eis recensendis, & explicandis hunc ordinem seruabimus.
- 2 *Ut primi* enumeremus illas, quæ in Bulla Cœnæ Domini continentur, quæ ceteris omnibus sunt magis reseruare, & timendæ magis.
- 3 *Secundo*, quæ in iure expressæ sunt:
- 4 *Tertio*, quæ in Extraugantibus iuri insertis;
- 5 *Quarto*, quæ in Extraugantibus necdum in ius relatis reperiuntur.
- 6 *Quinto*, & postremo, quæ nulli referuantur.

De origine, & Antiquitate Bullæ Cœnæ Domini; Et an iuris, vel hominis sententiae sint. Cap. I.

S V M M A R I V M.

- 1 Bullæ Cœnæ Domini origo, & antiquitas, ex Sotii, & Cardinalis Toleti sententia.
- 2 Sotii, & Toleti opinio de Bullæ Cœnæ antiquitate, ab aliore refellitur.
- 3 Processus solemnes, quibus anni temporibus olim a summis Pontificibus fieri solebant.
- 4 Processus solemnes, contra quas personas antiquitus fieri consueuerunt.
- 5 Processus Cœnæ Domini, virüs ex tribus antiquissimis, tamen in anno fieri solitus.
- 6 Processus Cœnæ Domini, omnia quinque in antiquis processibus inclusa, continet.
- 7 Bulla Cœnæ Domini, non solum Martino V. sed etiam Clemente V. antiquior est.
- 8 S. Thomas de Aquino, temporibus Vibani IV. & Clemensis IV. floruit.
- 9 Regula Cancellaria, Canones Curiae, nunquam appellari solent.
- 10 Processus Bullæ Cœnæ Domini a quinquaginta summis Pontificibus, per trecentos annos summo iudicio renotatus quotannis est.
- 11 Hæretici, falsè Ecclesiast., & Summos Pontifices, sententias, & crudelitatis accusant.

B. d.